



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De præcipuis virtutibus, quas Christus priuatam vitam agens cum beata Matre exercuit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

obseruantur, ob quæ æternum remunerentur. Horror peccati & tepiditatis, feruor profectus spiritualis.

Pro hac hebdomada loco meditationis possit primus modus orandi Sancti Patris Ignatii prolixius exerceri, circa sequentes materias tribus vix accommodatas, de quibus vide i. p. Industriarum c. 11. §. 1.

II.

1. De tribus animæ potentiis & quinque sensibus corporis, in quorum singulis paulò accuratius expendenda 1. dignitas, præstantia, vtilitas. 2. finis à creatore intentus. 3. Vsus seu modus optimus singulis vtendi secundum exemplar Christi, & B. V. cum dolore de malo singulorum vsu, & proposito commendationis, & petitione gratiæ per subiunctam orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam, prout fusius explicatur loc. cit.

III.

2. De præcipuis virtutibus, quas Christus priuatam vitam agens cum B. V. exercuit, vt sunt humilitas, paupertas, modestia, obedientia, patientia, deuotio, gratitudo, amor Dei, zelus gloriæ Dei & salutis animarum, & similes; in quarum singulis expendendum 1. Quid, quales, quàm præstantes in se sint quàm Deo gratæ, nobis proximisque vtilis & necessaria. 2. quàm eximie

eximiè earum actus Christus exercue-
rit, nobis que exemplo inculcârit. 3.
quàm copiosam gratiam imitandi tot
heroicis singularum actibus prome-
ruerit. 4. quomodo nos tantæ gratiæ
cooperati simus in ijsdem virtutibus
acquirendis, & exercendis, cum dolo-
re de nostrâ sôcordiâ, proposito emen-
dationis, & imploratione veniæ &
gratiæ, subnectendo *Pater noster*, &
Ave Maria, vel: *Veni. Creator Spiri-*
tus.

3. De virtutibus in Oçto beatitudi-
nibus comprehensis, quas prius ex-
pressit exemplo, & quidem perfectissi-
mè, quàm doceret verbo. In quarum
singulis expendenda ferè eadem, quæ
in supradictis virtutibus.

IV.

4. De præcipuis exercitijs pietatis
ordinarijs cuiusque statui accommo-
datis, vt sunt modus piæ surgendi ma-
nè, seque Deo commendandi; medita-
tio; recitatio Horarum, aut alia voca-
lis oratio; studium literarum, vel opus
manuum; frugalis corporis refectio;
religiosa recreatio; crebra recollectio;
pia lectio; conscientiæ discussio; piè
se Deo vesperi commendandi ratio. In
quarum singulis expendendum, 1.
quàm singula hæc exercitia sint Deo
I 3 grata,

V.